



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 70. Calicis usus Germanis concessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

libus exponebat, ac plures rationes, quibus hæ preces nitebantur, proferens inter alia significat, quod ejusmodi repulsa non modo ad deferendam fidem Catholicam, sed etiam ad abjiciendam Christi Religionem, proin ad Paganorum sectam fors tota Natio adigi posset.

Sæcul. XVI.
A. D. 1564.

§. LXX.

Calicis usus Germanis concessus.

His dictis Pontifex prosequatur: „Plures Cardinales, atque Episcopi, ut desuper suas sententias secreto proferrent, rogabam, quamvis vero ab omni novitatum genere maxime abhorream, nihilominus ex eorum

*Pallav. l. c.
Rayn. n. 35.
Bouffet
traité de la
Commisious
lex deus
especc 1. p.
rum a. 7. sur la
fin.*

quod crederet Religionis in Germania ad lapsum inclinatae ruinam communicato eum laicis usu Calicis posse prohiberi, quibusdam Episcopis facultatem esset largitus, calicis promiscue propinandi, Albertus eam indulgentiam juris publici in Boica esse noluit, ratus, longe salubrius esse cum ceteris Ecclesiis perstare intra fines a Concilio dictatos, nihilque desciscere a ritu, & rationibus priscae avorum Religionis. Si qui contra molesti deprecatores intercedebant, ut violentius pro calice pugnarent, eos sola consensus orbis Christiani, Concilii universalis auctoritate, & Pontificiæ Majestatis reverentia compescebat.

Sæcul. XVI
A.C. 1564.

„rum consilio quibusdam Germanie
„Episcopis calicem suis Diæcesanis ad-
„ministrandi veniam concessi, non qui-
„dem pro omni loco, aut tempore, sed
„in iis duntaxat locis, ubi id ex ratio-
„nibus allegatis omnino necessarium
„videbitur, præscriptis etiam quibus-
„dam conditionibus: porro ex Nuntii
„Delphini literis accepi, quod Viennæ
„cum maxima illius populi lætitia usus
„calicis receptus fuisset, & lau-
„dem, & gratiarum actionem Impera-
„tori & nobis tribuissent, necnon duæ
„ex tribus partes, quæ Lutheranis, &
„suspectis illius civitatis hominibus con-
„stabant, post hanc concessionem resi-
„puissent, & se Catholicos declarassent:
„præterea idem Nuntius mihi significa-
„vit, quod idem speraret, fore in aliis
„civitatibus. Enimvero hæc agendi
ratio in Pio IV. plurimum commenda-
batur, ut vero res penitus confecta esset,
idem Papa Cæsari diploma transmisit,
quo ejusdem petitioni annuebat. (*)

§. LXXI.

(*) Quem autem successum habuerit hæc concessio, describit Raynaldus loc. cit. his verbis: *Brevi spes* illa reslorescentis fidei evanuit; ac cum nullus deinceps profectus haberetur Religionis, imo contumaciori animo Lutherani in suis hæresibus desigerentur, multaque

§. LXXI.

Sæcul. XVI.
A.C. 1564.

Aliud Cæsaris postulatum circa uxores Sacerdotibus reuersis relinquendas.

Verum summus Pontifex minus se indulgentem exhibebat, cum Ferdinandus Imperator insuper ab eo peteret, ut Sacerdotibus, qui a fide deficientes matrimonio sese junxerant, tunc vero ad sinum Ecclesiæ revertebantur, uxores suas retinere liceret: nam gravia, quæ ex ejusmodi concessione pullarent, incommoda Pontifex longe melius, quam hic Princeps, penetrabat, ac probe prospiciebat, quod hæc indulgentia Sanctuarii Ministros ab assidua muneris sui sollicitudine, ac studio plurimum averteret, cum hi ad cumulanda sua bona, prolesque divitiis augendas duntaxat carnis, & Sanguinis rationem habituri, ac imposterum Beneficia jure quasi hæreditario ad posteros

*Thuan. l. 36.
nam. 9.
Pallav. l. 24.
cap. 12. n. 9.*

*Raynaldus
hoc ann.
num. 29.*

taque indies graviora orientur incommoda, B. Pius quintus, qui immediate in Pontificatu Pio IV. successit, ac Gregorius postmodum XIII. concessionem illam penitus revocarunt, servatumque a pluribus sæculis usum sub altera tantum specie communicandi laicis restituerunt.

